

36. **Zygopetalum (Kefersteinia) bicallosum:** ebulbe, foliis cuneato ligulatis acuminatis papyraceis spithamaeis, pedunculis tenuibus multo brevioribus, unifloris, vaginis geminis acutis, bractea triangula acuta ovario pedicellato multo breviori, mento bene evoluto, sepalis ligulatis acutis, tepalis subbrevioribus, labello cuneato oblongo acuto integro, callo uno in basi semigloboso, callo altero subquadrato in disco papulis asperis minutis inter utrumque callum, columna trigona sine carina sub fovea.

Blüthen braun. Bei Guayaquil in der Ebene. August.

**(Obs.** Juvat affinem, licet diversissimam speciem addere, a fratribus Klaboch verosimiliter etiam in ditione ecuadoreana lectam *Z. gramineo* Lindl. mensuris aequalem, flore igitur quam in praecedenti majori.